Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



egypti. Accepit namq; filia et
ad duxit in ciuitatem David,
donec ꝑficeret edificans domu
sua, et domu dni, et murum
ꝯcentum. Attamen populus
immolabat in excelsis. Non
enim edificatum erat templum
nomini dni usq; in diem illum.
Dilexit autem salomon dnm,
ambulans in preceptis David
patris sui, ex eo quod
in excelsis immolabat, et ac
cendebat thimiama. Abiit
itaq; in gabaon vt immolaret
ibi. Illud quippe erat excel
sum maximum. Mille hostias
in holocaustum obtulit salo
mon super illud altare in ga
baon. Apparuit autem dns sa
lomoni per somnium nocte
dicens. Postula quid vis
vt dem tibi. Et ait salo
mon. Tu fecisti cum seruo
tuo David patre meo misericor
diam magnam, prout ambulauit
coram te in veritate et
iustitia et recto corde tecum.
Custodisti eum ei misericor
diam tuam grandem, et dedisti filium
sedentem super thronum eius
prout est hodie. Et nunc dne
deus, tu regnare fecisti ser
uum tuum David patre meo, ego
autem sum puer parvus, et ignoro
egressum et introitum
meum. Et seruus tuus in medio
populi est, quem elegisti populum
infinitum, qui numerari et supputari
non potest prae multitudine. Da
bis ergo seruo tuo cor doci
bile vt iudicare possit populum
tuum et discernere inter bonum
et malum. Quis enim poterit
populum istum populum tuum hunc multum

placuit ergo sermo coram
dno, quod salomon re huius
modi postulasset. Et dixit
dns salomoni. Quia postu
lasti verbum hoc, et non petisti
tibi dies multos, nec diuitias
aut animas inimicorum tuorum sed
postulasti tibi sapientiam ad dis
cernendum iudicium. Ecce tibi feci
secundum sermones tuos, et dedi
tibi cor sapiens, et intellectum
in tantum vt nullus ante te
similis tui fuerit, nec post fu
turus sit. Sed et hanc quam
non postulasti dedi tibi, diui
tias scilicet et gloriam, vt nemo
fuerit similis tui in regibus cun
ctis retro diebus. Si autem am
bulaueris in viis meis, et cus
todieris praecepta mea, et man
data mea, sicut ambulauit da
uid pater tuus, longos faciam
dies tuos. Igitur expeditus
salomon, et intellexit quod
esset somnium. Cumque venisset
in ierusalem, stetit coram archa
foederis dni, et obtulit holo
caustum et fecit victimas pacifi
cas, et fecerunt cunctis ui
ceris familiis suis. Tunc ve
nerunt duae mulieres meretri
ces ad regem, steterunqz coram
eo. Quarum una ait. Obse
cro mi dne, ego et mulier
haec habitabamus in domo una
et peperi caput cum in cubiculo.
Tertia vero die postquam ego
peperi, peperit et haec. Et erant
simul. Nullus alius in domo
nobiscum exceptis nos duabus.
Mortuus est autem filius mulie
ris huius nocte, dormiens
quippe oppressit eum, et consur
gens in tempesta nocte si